

integerrimā late ovata, inferioribusque basi latiora, medio paucidentata, apice subito-acuminata, utrinque subglabra. Capitula florentia speciosa, ovato-subglobosa. Pedunculi dense fusco-floccosi et ut involuera sparse subfusco-floccosa pilis longioribus hirtis, basi atris, apice subcanis, eglandulosi, paucis instructi, paucissimis brevioribus granduliferis immixtis. Squamae involucri regulariter multiseriatae, adpressae, obscure virides, nigricantes, exteriores concolores, acutiusculae, interiores elongato-acuminatae, margine pallidae. Ligularum concolorum dentes pilis brevissimis paucis obsiti. Pappus albidus inaequalis. Stylus in sicco obscure viridi-fuliginens. Achenia fusco-atra.

Legi in Sudetis: „Kleine Schneegrube.“ 9. August 1841.

Plantam exacte typicam et characteristicam censeo. Prius quaevisi in *H. pallescente* W. Kit., sed ex diagnosi in *Epicrisi Hieraciorum* Cel. Fries neutiquam est. Eam, licet magna adsit similitudo cum „Vulgatis Pulmonareorum,“ tamen rectius ad „Alpina Aurellorum“ ob capitula speciosa, ventricosa, involucri habitum et formationem aliasque notas inserendam esse puto. Proxime accedere videtur ad *H. personatum* Fries, praecipue ad formam ejus Lindebergianam; at planta mea cum diagnosi illius accuratius comparata, ab ea certe recedit.




***Hieracium Aschersonianum* (n. sp.)**

Auctore R. von Uechtritz.

H. Aschersonianum (Ser. II. Pulmonarea Fr. Symb. sect. V. Italica). — Phyllopodum. Caulis vix pedalis (in specimine descripto 0·22 m. altus), simplex, leviter striatus, epilosus, at tenuissime pubescens, basin versus vero glabratus, parce foliosus, oligo- (6-) cephalus. Folia maxime difformia; basilaria numerosa, majora (0·07—0·10 m. longa, 0·015—0·018 m. lata), rigidiuscula, oblongo-lanceolata vel late lanceolata, sensim in petiolum mediocrem attenuata, remote denticulata, ad nervum medium et ad marginem parce atque breviter pilosa, ceterum utrinque glabrescentia; caulina prorsus dissimilia, pauca (3), diminuta (0·018—0·025 m. longa, 0·003—0·006 m. lata), e basi ovata lanceolata, longe acuminata, integerrima, pilis tenuibus albis elongatis sparsis crinita, sensim in bracteas omnino conformes, at minores, transientes. Inflorescentia exacte racemosa. Pedunculi mediocres, bracteam duplo vel triplo superantes, erecti vel subappressi, cano-floccosi, eglandulosi, monocephali. Involuera mediocria, illis *H. borealis* et *H. barbati* haud dissimilia, deflorata 0·010 m. longa, 0·012 m. lata, basi truncata. Squamae multiseriales, unicolores obscure virides, basi parce cano-floccosae, ceterum glabrae, epilosae, interiores, latae obtusiusculae, extimae paucae, minimae, laxae. Stylus (in sicco) e livido fuliginens. Ligulae glabrae. Achaenia pappum subaequantia, ca. 0·004 m. longa, etiam natura pallida.

Habit. in sylvis Bosniae, specimen descriptum 1871, a dom. Dr. Blau lectum (im Buschwald der Ivan-Planina). Floret Septembri. — Nomen dedi speciei valde notabili in honorem celeberrimi dom. Ascher-son, amici carissimi, adjutoris fidi atque periti in omnibus rebus botanicis, viri de universae fere Europae etiamque specialiter de Bosniae flora egregie meriti.

In systemate inserendum post *H. pilosissimum* Frivaldzsky (*H. Olympicum* Boiss.), cui haud dissimile, sed facillime distinguendum caule epiloso, foliis basilaribus glabratiss, rigidis (haud membranaceis), angustioribus, pedunculis longioribus, involucri minoribus, unicoloribus obscure virentibus, glabratiss epilosis, ligulis minus profunde dentatis. — In *H. pilosissimo* sec. specimina pulchra a cl. Janka recentius in monte Dospat-Dagh, prope Batak in Thracia occidentali lecta, involucra speciosa dense cano-floccosa, crinito-pilosa, pilis elongatis albis basi nigro-bulbosis, unde involucra nigro-punctata evadunt. A ceteris *Italicorum* stirpis speciebus multo magis recedit.



Neue Pflanzenformen aus dem Trencsiner Komitate.

Von J. L. Holuby.

Koeleria cristata Pers. var. *vivipara*. Aehrchen in blattige, grüne Knospen auswachsend, wie man diess so häufig an *Poa bulbosa* L. var. *vivipara* Koch zu sehen gewohnt ist; einzeln unter der Normalform bei Púchov, am Fusse des Púchov-Veskaer Felsen.

Lolium italicum A. Br. var. *ramosum*. Aehren ästig, an *Festuca pratensis* erinnernd; auf einem Kleefelde in der Nähe meiner Wohnung. Vor mehreren Jahren wurde dort Samen des *Lol. italicum* ausgesät und erscheint dort seit der Zeit jährlich. Ausserdem kommt dieses Gras, wohl nicht spontan, sondern nur als Ueberbleibsel einmaliger Kultur an vielen Stellen des Waagthales vor, wo man auch oberwähnte Varietät einzeln antrifft. Behält man *Lolium perenne* L. var. *ramosum* Roth als Varietät aufrecht, (s. Neilr. Fl. v. N. Oe. p. 89), so muss man auch diese in Rede stehende Varietät als solche gelten lassen.

Ajuga Chamaepitys Schreb. var. *glabriuscula*. Mit Ausnahme des zweireihig spärlich behaarten Stengels in allen Theilen kahl, das Aussehen der Pflanze lebhaftgrün, nicht grau wie bei der rauhaarigen Normalform, Einzeln auf Brachen und Stoppelfeldern, dann im Weingebirg am Fusse des Kalkhügels Hajnica bei Stortek und Haluzice.

Trifolium arvense L. var. *proliferum*. Blütenköpfe von aus denselben an der Spitze hervorragenden gestielten kleineren Köpfchen (oft bis 6 beisammen), schopfig. Im Thale Chúmy bei Bošáca ziemlich häufig auf Brachen,

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1872

Band/Volume: [022](#)

Autor(en)/Author(s): At. Uechtritz R. v.

Artikel/Article: [Hieracium Aschersonianum \(n. sp.\). 78-79](#)